

# Hispaleñ Decimaruñ.

**Reu. Pater.** Et ex regula Societatis IESV; & ex Constitutionibus Apostolicis Patres cum eorum Collegijs sunt verè mendicantes; Cùm enim ex regula fundamentali inserta in Constitutione Pauli Tertiij in ordine 2. cap. 1. S. ro. caueatur; quod Patres perpetuum exerceant paupertatem, adeò ut nequè priuatim, neque communiter pro Societatis subsistente aliquia bona stabilia, aut introitus acquirere possint, sed sint contenti vñi rerum donatarum ad necessaria sibi comparanda recipere; addito amplius per aliam constitutionem par. 6. Conf. cap. 2. nū. 2. quod in Patriuum domibus nulli redditus nec Sacrestie quidem, aut fabricæ applicari haberi possint, nec vlla ratione, sed in solo Deo constituantur fiducia, sintque Patres ad mendicandum Ostiatim parati; Idcirco dūm quaritur de Patribus, dubitari non potest, quin ipsi sint verè mendicantes, quibus sola mendicitas victimum præstare debet. cap. 1. S. confirmantes de relig. dom. lib. 6. gloss. in cap. 1. verbo mendicantibus de excess. Prelat. eod. lib. & DD. ibi, Rebus. sup. concord. tit. de reg. ad Prelat. nominat. S. 1. verbo mendicantibus Federic. de sen. conf. 12. numer. 1. cum alijs exaduerso adductis.

Quæ procedunt etiam, quod Patres habeant Collegia, nedum possidentia immobilia, sed & quæ sine perpetuis redditibus erigi non possunt, vt in eadem regula inserta in dicta Constitutione Pauli Tertiij S. 12. ibi possint tamen habere in vniuersitatibus Collegium, seu Collegia habentia redditus, Censu, seu possessiones pro vñib[us], & necessariis studentium applicandas retenta penes Præpositum, & Societatem omnimoda gubernatione & superintendentiā, & superdicta Collegia, & prædictos studentes circa eorum correctionem, & victimus, redditusque ministrandi modum: quia cùm statim eadem regula subiugatur, sic tamen, vt neque studentes dictis bonis abuti, neque Societas in propriis vñis conuertere posset, sed studentium necessitatibus subuenire; sequitur, quod Patres remanent in sua primæua mendicitate, ex quo nullam ex eisdem bonis consequantur utilitatem, sed sola gubernatione remanente penes Præpositum Generalem, quia nuda administratio non facit, quem Dominum bonorum administratorum; Menoch. conf. 66. nū. 16. vers. 2. non parum, vbi in specie, quod administrator fructuum nō dicitur Dominus Gratian. decept. 294. num. 20. vbi, quod non dicitur Dominus fructuum, qui eos non percepit iure proprio, & probatur per text. in l. vñisfructu. 58. ff. de usfr. vb, quod soluto matrimonio per diuotium, licet ius vñisfructus sit penes maritum, tamen commoditas pertinet ad vxorem, quem textū sic expendit. Ciriac. contro. 456. nn. 8. & 9.

A

Et



Et comprobatur, quia dum Patres non habent nisi solam gubernationem, & superintendantiam pro sola commoditate studentium, dicuntur tantum habere nudum nomen, quod per erogationem eorumdem reddituum pro sustentatione scholarium statim evanescit; perinde ac si penes ipsa Collegia nunquam exitisset, sicutius, quod queritur stipulanti profec, & persona nominanda, cessat statim secura nominationes: *Alex. confit. 23.2 num. 4. & 5. lib. 6. Cephal. conf. 25. num. 14. & 15. Surdi. de c. 18.2. num. 18.* vbi quodius non dicitur viro vnuquam tempore fuisse penes nonminantem: *Mantua dec. 33.6. num. 1. vers. ac post factam declarationem.* Et hoc intermis probat *Bald. conf. 3.32. num. 1. vers. distinguendum est. vol. primo*, vbi quod si frater ordinis mendicantis relinquatur hæres, ut bona pauperibus distribuat, reputatur potius executor, quam hæres, quia ut idem *Bald. subiungit*, attenditur potius effectus, quam nomen hæredis, & in ipsius et terminis *Gabr. conf. 28. num. 3. lib. 1.* vbi quod hæc administratio, & superintendantia, mendicitatem non excludit, & facit, quod licet per aditionem hæreditatis, acquiratur Dominium, tamen non officit, quia meadicantes eas adiri possunt dum adeunt ad esse & um distribuendi, quia attenditur effectus, & finis, ad quem actus tendunt, *Mantua decif. 22.5. num. 10. vers. neque a trem.*

Si verò queritur de ipsis studentibus, & hoc etiam videtur indubitatum, cum ipsis careant omni dominio, & vsu, sed ex benignitate in Collegijs sustententur, neque ipsis sine incommunitabiliter de Societate neque de necessitate, in societate recipiendi, vt in dicta regula, inserta, in dicta *Bulla P. Pauli Tertii §. 1. in fine*, ibi, qui quidem post cognitum in spiritu & litteris eorum proficit, & post sufficientem probationem in societate nostrâ admitti possint, quæ verba non important necessariam receptionem, sed facultatem recipiendi eos, qui cum cause cognitione iuxta regulam fuerint idoaci; *l. sape. de offic. Praefid. Menoch. conf. 10.5. num. 4. Grat. discept. 506. num. 12. & 15.* Ideoque iure merito *Suarez d. lib. 1. cap. 2. num. 17. inquit* hos studentes esse quasi in via, & in fieri *Rodriguez q. regular. tom. 1. ques. 2. art. 9. col. 2. vers. pro cuius & vers. secunda conclusio.*

Ponderando etiam quod dum regula admittit, vt Collegia possint. & debeat habere immobilia pro sustentatione studentium, tamen ipsis non desinunt esse meadicantes, quia istud non est vt ipsis alantur ad communum societatis, cum societas non indigeat scholaribus, sed est propter bonum publicum, vt expresse legitur in regula, in *Constitutione Gregorij XIII. 89. tom. 2. §. 3.* ibi, cuius pricipius finis Catholicæ est Religionis defensio, ac propagatio, animarumque in Christiana vita, & doctrina profectus, & ideo dicta bona non dicuntur possideri à Patribus, sed magis à Republica Christiana, cuius intuitu dicti scholares aluntur in dictis Collegijs, quia omnia ad aliquem finem tendentia naturam habent

bent ipsius finis. *Valen. ad. conf. 23. num. 141. lib. 1. Tiraquell. de  
revert. lign. §. 1. glos. 7. num. 45.* & finis trahit ad se omnia quæ ad  
ipsum tendunt, & secundum eum regulantur: *Surd. conf. 217. nn. 31  
& 32.* Vnde dicimus, quod Collegia fuerunt instituta tanquam  
Seminaria eiusdem societatis ad dictum bonum publicum, quod cer-  
te effectum sortiti non potuissent, si scholares occupati fuissent ad  
mendicandum, ut ex pluribus probat *Suar. de stat. relig. 34. lib.  
primo. quæst. 12.* in reliquis tamen omnibus mendicitatem ser-  
uant cum nihil prorsus possideant, sed in omnibus pendeant à vo-  
luntate, & benignitate superioris, adeo ut, si hereditates illis de-  
ferantur, in eis non succedunt, Missas etiam cum obligatione, nec  
alia huiusmodi, ex quibus ceteræ Religiones non parum huiusmodi  
consequi solent, non acceptent, & sic in his Collegiales nihil pro-  
fus differant à Patribus Domorum professorum, ut ponderat idem  
*Suar. d. cap. 1. num. 9. & seq.* ad op. 14. n. 12. collatio.

Ex quibus D.D. quamvis sciant Patres habere Collegia, habentia bona  
stabilità, communiter, & omnini consenserunt societatem suisse  
in arctissima paupertate etiam, sicut Patres Cappuccini, Menoch.  
*conf. 10. 14. num. 15. Rodríg. Suar. Molin. Azor. Grattan. Musa. Novar.* &c.  
alij in alia positione allegati.

Denique Collegia sunt membra societatis, quæ uti accessoriâ sequun-  
tur eius naturam, & ideo, si societas est de Ordine Mendicantium  
sequitur, quod talia sint etiam dicta Collegia, quamvis habeant bo-  
na pro sustentatione dictorum scholarium; ut ex pluribus probat  
*Gabriel. d. con. 28. num. 8. & 9. Henr. Mandoz. de priuilegiis. arg. 3  
11. num. 26. & per tot.*

Et ex his cessat, quod esset dare duo contraria in ebdem subiecto, quia  
esset ex uno latere seruare mendicitatem, & ex altero habere diutias  
& vnam manum habere vacuam, & aliam plenam, quia Patres,  
quoad eorum victimum & vestitum, ac omnimodam sustentationem  
domus, seruant mendicitatem ad vnguem, ex bonis vero aluntur tan-  
tum scholarès, quibus ut dictum est, ipsis non egerint, sed retinent ad  
publicam utilitatem, & ita respectu ipsorum habent semper utramq.  
manum vacuam, nec ordinatum pro scholarium sustentatione  
tollit mendicitatem Patrum qui viuunt de eleemosynis, quia cum  
careant effectu, etiam nomine carent iuxta illud, si re priueris, nec  
nomen habere mereris; *cap. sc. cupis 16. q. prima. Grat. discept. 291. n. 6.*  
& seq. Et quod dicitur de filio, qui habet patrem diutinem, ut non  
possit dici pauper, est, quia pater teneatur alere filium, & è contrâ  
filii diues tenetur alere patrem pauperem; *lat. Surd. de alim. tit. 7.  
quæst. 2. num. 2. vbi è contrâ Patres non possunt de bonis Collegio-*

cum nec vatum obolum sibi applicare; Et ex eisdem quoque cef-  
fat, quod in Collegijs non fiat votum paupertatis in communi, Su-  
arez de cons. lib. 5 cap. 12. in princ. cum sit semper verum, quod bo-  
na recipiuntur ad moderatam sustentationem scholarium in eo nu-  
mero, quod inique Collegio conuenit, ut ibidem testatur idem  
*Suzet*.

Non obstat etiam, quod *Suzet* dicto libro cap. 2. num. 7. dicat, quod patres Clericorum quae sunt in Collegijs sit sub cura Societatis Profes-  
ta, tanquam sub tutore est per illas, qui habent Dominum suorum ha-  
beant, namen administratio est penes tutorem, quia non per hoc dicit,  
quod scholares habeant Dominum bonorum Collegiorum, in qui-  
bus sustentantur, sed per modum exempli, inquit, quod ad instar  
pupilli sunt sub alterius cura, & dicit, quod pupillus regulariter ha-  
bet Dominum bonorum, sed non dicit, quod illud habeant dicti  
Collegiales, & scholares, & ideo secundum istud exemplum non est  
iudeandum, quia non conuenit quod omnia *Mesob.* conf. 1. n. 209  
*Sard.* conf. 2. n. 16. quod scilicet scholares sint Domini bono-  
rum cum prius sit in via, & possint a superiore quandocumque  
dimitti, quinimo teneantur seruare specialemodum paupertatis  
in hereditibus, quia sibi deseruntur, ut dictum est supra, & etiam  
in eorumdem honorum administratione, ut inquit *Suzet* in princip.  
d. num. 7. Ut ita quod tutor propriè datur persona non rebus, &  
potest esse thesor, seu curator habitu tantum, & non actu. Grat. di-  
scip. 291. num. 34.

Postremo, nec refragantur auctoritates excedens allegata ad proban-  
dum, quod Patres, qui in Collegijs aluntur, non sint mendicantes,  
quoniam *Suzet* loc. cit. allegatis tenet contrarium, sicuti etiam *Man-  
dos* de princ. ad instar gloss. 1. i. num. 18. ubi se retrahit a dictis per eum  
in glossa secunda, cum quibus concordat *Roderig.* lib. 3. q. 49. P. lez an-  
na Gabr. d. conf. 2. lib. 2. & alij plures in prima informatione allegati.  
Sed Patres præter propriam regulam, sunt mendicantes etiam ex Co-  
stitutionibus Apostolicis, nempe p.ij Quinti, ut in eius Constitutione  
131, qui declaravit eos esse vere, & non fieri mendicantes, &  
non quia voluerit eos in hoc priuilegiate, sed quia ex mendicitate  
viuent, ut in S. 1. in illis verbis, quippe ex eius instituto, &  
Constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis bona mobilia  
possidere neque, sed incertis eleemosynis, fideliumque largitioni-  
bus, & subuentiōibus viunt, nam dictio quippe importat idem,  
quod dictio, quia, ut ex Calepino, e Nizolio quæ stat causatiue  
continestationem de contentis in dispositione, l. huc actio ff. de ca-  
lumna. *Mantei*, de satir. lib. 3. tis. 1. 2. num. 33. & idcirco Pontifex non-  
proces-

procedit per viam concordis, & Indulti, sed declarationis, eius natura non est aliquid de novo disponere, sed patet facere id, quod in re declarata continetur ad instar eius qui excutit granum ex spicis, quia nouam speciem non facit, sed illam, qua invenit. *Ancor. an. conf.* 65. numero 3. *Angel. decisi.* 102. num. 17. *vers.* sed tamen, *Surd. decisi.* 380. num. 9. *Rota decisi.* 624. & 746. *Rota decisi.* 630. num. 4. *vers.* quia per declarationem ipsius. *G. decisi.* 414. num. 17. *par.* 5. re-  
cens. adeo ut nihil operetur extra rem declaratam, cuius effectus retrorahitur rei, & regulat declaratio. & videatur ei inesse; *Rota decisi.* 100. num. 2. & 3. *par.* 6. *coen.* & *in ciuitate decisi.* 414. num. 17. & comprehendat etiam praeterita, *Rota decisi.* 87. num. 32. *par.* 4. recens cumque Papa ita declarauerit omnino eius declarationi standum est, nec esse debet, qui audeat ei contradicere, & regulam in diuersum sensum, quam Papa fecerit, interpretari; *Angel. conf.* 271. *num.* 1. *Gabr. de regul. iur. rom. b. 3. num. 66. Rota decisi.* 114. nu-  
mero primo pars 6.

Vnde quoque est, quod Papa sciens eius Constitutionem hoc contineat nouam concessionem, declarauit, Patres esse vere, & non si-  
cè mendicantes, quia verba omnium fictionem excludunt. *Gonzal. glo-  
sa* 34. nro. 15.

Non obstat, quod Pius Quintus declarat Domos professas tantum  
esse mendicantes, sed quoad Collegia, ea non declarat mendican-  
tia, sed valeat, mendicantium priuilegia, gaudere, & potiri,  
quia huiusmodi distinctione, & distinctione nullo modo colligitur ex  
dicti Pontificis Constitutione, immo ipse premissa narrativa, quod  
dubietas orta fuisset ex eo, quod Societas habeat Collegia. vt in  
§. 1. ad ambiguitatem huiusmodi omnino amputandam declarat  
Praepositum, & singulas personas Societatis huiusmodi vere, & no-  
nisi mendicantes fuissent, & esse, & inter alios mendicantes, coh-  
numerari debere, vt in §. 2. neque dicit Collegia debere priuile-  
gijs gaudere, & potiri, nisi dum Patribus communicat Priuilegia  
aliorum ordinum, perinde ac si eiusdem Patribus, & personis no-  
minatim concessa fuissent, vt in §. 3. & Idem cum Pontifex loqua-  
tur de omnibus, & singulis personis Societatis, neque distinguat  
personas Patrum commorantium in domibus professis à personis  
commorantibus in Collegijs, sequitur, quod de omnibus, & sic  
etiam de Patribus Collegialibus senserit, perinde ac si omnes Patres  
qualescumque sint, fuerint singulariter expressi, *Bald. conf.* 461. n. 6.  
*lib.* 1. vbi etiā quod dicta verba actum tribuunt unicuique de per se,  
& sequitur *Gabr. conf.* 144. n. 68. & 69. *lib.* 2. *Rota decisi.* 246. n. 2.  
*par.* 1. *dinerf.* & pluribus exornat, *Surd. vident. conf.* 412. numer. 27.

Præsentis vero quod dubium ortum fuit ex eo quod, ut dictum est, Patres habeant Collegia, à quibus Domus Professæ sunt omnino distinctæ, Patresque Domorum Professorum viunt de electionibus simplici mendicitate & quisitis alijs vero de redditibus bonorum, & Constitutio quæc emanauerit ad amouendam omnino huiusmodi difficultatem, ut in primis verbis, S. r. quia declaratio Pontificis est intelligenda his Patribus super quibus eadebat difficultas, non autem de illis de quibus nullo modo dubitari poterat; nam ab interrogatione responso recipio interpretationem, Alberic. in l. Praes. num. 4. ff. de pen. comp. alios ad ductis per Rotam decif. 264. num. 30. pars. vñlo quid dicit declaratio ad nihil proflus seruissit, contraria in cap. 6. Pap. ad gr. in. 6. & nibile minus Pótfex professus fuit, velle omnino difficultatem amputata, quæ dicitur, omnino impedit, ac si difficultas fuissest, omniciam, & ideo omnem calum comprehendit. Regin. conf. 183. num. 8. lib. 2. vbi loquitur quando in dispositione legebantur etiam verba, omnia, & singula, Socin.

Iano. conf. 21. num. 2. lib. 1. Roland. conf. 6. l. num. 37. lib. 1. Nec Patria habuit necesse dicam declarationem facie de Collegijs, sed tam de personis, quia nec Christus cum locutus est ad Hierusalem sensit de muris Ciuitatis, sed de hominibus eam inhabitantibus, ut dicitur in Homilijs, nam Collegia reprehensentur à Patribus, Seraph. decif. 426. num. 4. quæ in le. sunt res inanimatæ idem Seraph. decif. 1243. n. 3. Möhed. decif. num. 6. de for. comp. vbi quod Capitulum non dicitur nisi quatenus in loco Capituli reperiantur Canonici, ideo Papa declarando omnes, & singulas personas fuisse, & esse mendicantes, sensit de ipsis Collegijs, quæ à Patribus reprehensentur, ut in dictis iuribus,

Non ogoisse quod si Patres essent declarati mendicantes ex priuilegio, quod ex predictis non est verum, adhuc pro talibus essent reputandi, quia paria sunt, quod sint mendicantes ex regula, vel ex Constitutionibus Apostolicis, Franc. in d. c. 1. S. confirmatus i. nu. 1. in secundo vocab. de relig. dom. in. 6. vbi quod regula, & Constitutio in hoc equiparantur. Abb. conf. 27. num. 22. vers. item paria. lib. 2. Beato. en. 2. g. num. 25. vers. quia ex privileg. lib. 2. Azor. In litis moral. som. I lib. 12. cap. 23. post princ. vers. aut enim, & alij passim.

Non obstat quod in Constitutione Patrum non sit derogatum capitulo nuper de decim. tūm quia Papa in hac qualitate mendicantium non precepit per viam communicationis priuilegi, sed declaratio nis & idcirco opus non fuit dicta derogatione, sufficit enim Patres fuisse semper, & esse mendicantes, qui ex Consuetudine immemorabili decimas non soluunt, & quod in declaratione non sit necessaria

ria derogatio regulæ de iur. que si. non toll. tenuit Rota decis. 630. n. 4.  
par. 4. recent. tom. I. tum quia habens immemorabile pro se , potest  
allegare quodcumque Privilegium melius de mundo ; Achill. dec.  
4. num. 6. de iur. patr. Rota decis. 677. num. 4. p. 1. decis. 614. numer. I.  
par. 2. dicta recent. & in aliis 630. simil. & ideo potest allegare Pri-  
uilegium Apostolicum cum dicta derogatione sicut immemorabilis,  
qua probat ius patronatus esse in Ecclesia regulari, operatur , vt ius  
patronatus huiusmodi fuerit reservatum in nomine fundationis; Ro-  
ta decis. 563. numer. I. & decis. 573. numer. I. & 2. par. 4. diuers. Add. ad  
Buratt. decis. 1. num. 18.

Ad , id quod dicebatur constare de initio fundationis Patrum , & ideo  
non posse per eos allegari immemorabilem ; fuit abunde in alijs fa-  
tis factum ; & ostensum quod sufficit Pares esse mendicantes , vt  
gaudere possint omnibus Priuilegijs , etiam ab immemorabili que-  
stis alijs ordinibus mendicacionib. 157

Quare &c.

Nell 1813

R. P. S. D.

# CORRADO

Hispalen Decima-  
rum.

Ven Collegij Socie-  
tatis IESV.

CONTRA

Capitula.

## 4.<sup>a</sup> Iuris.

---

R O M AE,  
Ex Typographia Reu. Cam.  
Apostolicæ. 1646.

Superiorum permisso.